



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Error Iuvenalis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

## 286 De CALCEIS HEBRÆOR.

cujus *γυμνοποδία*, perstringit Juvenalis. Erravit tamen Juvenalis, cum Judæos dicit sua Sabbathamero, hoc est nudo, *pede observasse*. Nemo enim putet hoc unquam à Judæis factum. Est enim, & semper fuit ab eorum moribus alienissimum. Quantopere à *γυμνοποδία* absit Sabbathi supersticiosa observatio videre est in Synagoga Judaica magni Buxtorfii, cum Judæi potius quam ut incedant nudipedes omnibus vestibus sabbatinis se induerent, ut Sabbathum vel vestium luxu honorent. Sed erroris hujus origo facile indagari potest. Apud Judæos olim fuerunt varii jejuniorum dies. Præter diem expiationis, qui singulis annis ex lege Mosis jejunio celebrabatur, quatuor publica jejunia singulis annis indici solita, ex Zachariæ vaticiniis colligi potest. *Jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium septimi, & jejunium decimi mensis erit domui Judæ, in gaudium & lætitiâ, & in solemnitates præclare.* Ex quo loco etiamnum Judæi quatuor jejunia publica & solemnia propter calamitates & afflicio-

Buxt. Syn.  
Jud. cap.  
15. 16.

Zach. 8. 19.